



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

B. Conradvs Placentinvs C. 19. Februarii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

lum Deo probante. Nam fuit cùm sub arbore somnum cepit hic Auxibius, & noster superveniens spectavit ingens formicarum agmen à latebris suis ad dormientem iter instituere, vatesque futuræ dignitatis caput ejus in coronæ formam ambire, Itaque Auxibio infulam reliquit AVXIBIVS moriens. Tumulum ejus asylon ajunt fuisse morbidorum. Quin cum ad hunc è Papho accurrerent XL. ab orco infessi, obvius ipse AVXIBIVS his prodiit, & cedere sibi, ut æquum erat, è viâ dæmones fecit. Ex Surio.

B. CONRADVS PLACENTINVS C.
19. Februarii.

DVm feras venatur CONRADVS,
Ipse venator cælo fit præda. Etenim
cùm, quòd feræ dumetis se abdidissent, irà succensus silvas quoque suc-
cenderet, facinusq; id nescio quis pau-
perculus laqueo jam jam lueret, accur-
rit CONRADVS, & innocentem con-
fessione suâ, damnū nummis redemit.
Subinde iterum silvas saltusque, sed
sanctius jam amavit, & in loco, quem
hodie etiam nomine suo nobilitat, vi-
tam solam agere instituit, jamque cæ-
sum captare, cælo retia ponere. Verùm
cùm vicissim retia illi Cupido strueret,
artes fugiendi nuper à feris doctus in
vepres se nudum abjecit, indeq; iterum

fau-

E E. 20. FEB. Vita Sanctorum. 115
sub ius, gens ad que ona infu Tu orbis ac vius dere s fe S C. ovvs, enim didis- suc- pau- cur- con- emit. , sed quem , vi- e ca- erum ueret, cus in erum sau-
saucium Cupidinem risit. Porrò adolescenti scelerato, & jam jam hastā ē cælo transfigendo clypeum preces suas objecit. Hospitē Episcop. Syracusanum cùm haberet, quatuor in symbolam à cælo placentas accepit, aliàs pro operis panes recentes. Alii cùm carnem illi suillam feria VI. apposuissent, jussit hanc in piscem abire, calumniamque impactam ostensis spinis, squamisque elusit. Mortuus in genibus tamen deprehensus est stationem suam tenere. funus ultrò luxit sive laudavit potius æs campanum Neti & Hyblæ, utraque civitas cùm sibi corpus vindicaret, Hyblenses neque movere, Netini facili negotio loculum auferre potuerunt, puto quod propior Netinis jam assueverat cum illis habitare. Ex Ferrar.

S. EVCHERIVS EP. 20. Febr.

EVCHERIO nascituro insulam Au-
relianensem Angelus promisit; dedit
deinde hanc Carolus Martellus; sed
idem, cùm aires calumniatoribus præ-
beret, pessimo consilio ademit. Excepit
Colonia exulē parum jam morantem;
quà in parte exilii potissimum viveret,
cum exilium esse totum orbem non
malè jam tunc credidisset, cùm Mo-
nachum priùs quàm Episcopū induit.
At verò gravius jam erit Carolo calo-
exulare. Certè EVCHERIVS dum inter

H 2

preces